Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



EXO

Cras. Et ille. Iuxta uerbum tuum meum erit ut
scias quia non est sicut dns deus nr.
recedent a te rane de domo tua tantum. et de ser
uis tuis. et de populo tuo. et in flumine
remanebunt. Egressi sunt moyses et
aaron a pharone. et clamauit moyses
ad dnm. pro pharone super ranas. quas con
dixerat pharoni. fecitque dominus uerbum
uerbum moysi. et mortue sunt rane de do
mibus et de uillis et de agris. Congre
gauerunt eas in immensos aggeres. et co
putruerunt terra. Videns autem pharo quod data
est requies. ingrauauit cor suum. et non
audiuit eos sicut preceperat dns. Dixit
dns ad moysen. Loquere ad aaron.
Extende uirgam tuam. et percute pulu
erem terre. et sint cynipes in uniuersa terra
egypti. fecerunt ita. Et extendit aaron
manum suam uirgam tenens. percus
sitque puluerem terre. et facti sunt cynipes in
hominibus et iumentis. Omnis puluis
terre uertus est in cynipes per totam terram
egypti. fecerunt similiter malefici in ca
tationibus suis. ut educerent cynipes.
et non potuerunt. Erantque cynipes tam
in hominibus quam in iumentis. Et dixerunt
malefici ad pharonem. Digitus dei e
ste. Indurataque est cor pharonis. et non
audiuit eos sicut preceperat dns. Dixit
autem dns ad moysen. Consurge diluculo
et sta coram pharone. Egredietur enim
ad aquas. et dices ad eum. Hec dicit dns.
Dimitte populum meum ut sacrificet mihi
in deserto. Quod si non dimisis eum. ecce
ego immittam in te et in seruos tuos
et in populum tuum et in domos tuas omne
genus muscarum. et implebuntur domus
egyptiorum muscis diuersi generis et immunda
ta quoque erunt. faciamque mirabile
in die illa terram gessen in qua populus meus
est. ut non sint ibi musce. et scies quia
ego dominus in medio terre. Ponamque di
uisionem inter populum meum et populum
tuum. Cras erit signum istud. Fecitque
dns ita. Et uenerunt muscee grauissime
in domum pharonis. et in omnes seruos
eius. et in omnem terram egypti. corrupta
que est terra egypti abiuncti genere musce.
Vocauitque pharo moysen et aaron. et ait
eis. Ite sacrificate deo uestro in terra hac.
Ait moyses. Non potest ita fieri. Abhominatio
nes enim egyptiorum immolabimus do
mino deo nostro. Quod si mactauimus ea que
colunt egyptii coram eis lapidibus nos
obruent. Viam trium dierum pergemus solitudinem
et sacrificabimus domino deo
nostro sicut preceptit nobis. Dixitque pharo.
Ego dimittam uos ut sacrificetis domino
deo uestro in deserto. Veruntamen longius ne
abeatis. Rogate pro me. Ait moyses. Egre
dior atque oramus dominum. Recedet musca a
pharone et a seruis suis et a populo eius cras.
Veruntamen noli me ultra fallere. ut non di
mittas populum sacrificare domino. Egressusque
moyses a pharone oramit dominum. Mu
fecit uerbum uerbum illius. et abstulit mus
cas a pharone et a seruis eius et a populo eius. Ne
quidem unum est relictum. Et ingra
uatum est cor pharonis. ita ut nec hac
quidem uice dimitteret populum. VIIII.

Dixit autem dns ad moysen. Ingre
dere ad pharonem. Loquere
ad eum. Hec dicit dns deus he
breorum. Dimitte populum meum ut sacri
ficet mihi. Quod si adhuc retinuis et re
tines eos. ecce manus mea erit super
agros tuos. et super equos et asinos. et ca
melos et boues et oues pestis ualde gra
uis. Faciet dns mirabile inter pos
sessiones israel et possessiones egyptiorum. ut
nihil omnino moriatur ex cunctis que pertinent
ad filios israel. Constituitque tempus dns
dicens. Cras faciet dns uerbum istud
in terra. Fecit ergo dominus uerbum hoc
alia die. Mortuique sunt omnia ani
mantia egyptiorum. de animalibus uero
filiorum israel nihil omnino perit. Et misit
pharo ad uidendum. nec erat quicquam mor
tuum de his que possidebat israel.
Ingratiatumque est cor pharonis. et non di
misit populum. Et dixit dns ad moysen
et aaron. Tollite plenas manus cinis